



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Philippi Ecclesiae Eystettensis XXXIX. Episcopi. De  
Eivsdem Ecclesiae Divis Tvtelaribvs. S. Richardo. S.  
Willibaldo. S. Wvnibaldo. S. Walpvrga. Commentarius  
nunc primum evulgatus**

**Philipp <Eichstätt, Bischof>**

**Ingolstadii, 1617**

LII. Gabriel.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70477](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70477)

naturâ quodammodo ferebatur. Accidit eo tempore, ut Episcopus ille, à quamplurimis urgeretur hostibus, qui latrocinando, & predae agendo improvisas potius, quàm iustum ac indictum bellum inferendo provinciam ipsius quotidianis incursionibus infestarent & deuastarent. Ibi se Bilibaldus equestris militia per biennium ita exercuit, ut non minus apud hostes cognitus, quàm Episcopo, Domino suo, charus & acceptus esset: nullo enim se defatigari labore permittebat, non vigiliis non inedia, nullum declinabat onus, nullum periculum: sed quidquid iniungeretur, alacriter suscipiebat, & strenuè obibat, ea quoque à quibus alij difficultate deterriti, refugiebant. Quae tamen in re ita se gerebat, ut nihil temerè, nihil inconsideratè, sed omnia circumspectè, & maturo consilio ageret atque perficeret. Unde fiebat, ut tam praefectis, quàm gregariis militibus acceptus esset. Verùm hæc Martia Bilibaldi facinora fortè ad successorem Wilhelmi pertinent, cui cum perditis Episcopatus inuasoribus diuturnum certamen fuit.

Interfuit Wilhelmus conuentui, quando Carolus Dux Burgundiæ cum Friderico III. Imp. Treuiris congressus est; teste Meiero in Annalibus Flandricis.

## LII. Gabriel.

Res gestas vel potius epitomen rerum gestarum huius Antistitis transferam huc verbatim ex Appēdice ad Gundackarum, nam qui scripsit, quisquis fuit, haud ineleganter scripsit.

Reuerendus pater & Dominus Gabriel, D. G. Episcopus Eystettensis LII. ex celebri Equitum de Eyb familia, quæ antea Ecclesiastica dignitate & doctrina præstantes plures, cum primis verò Albertum huius patruelem Iuris utriusque Consultum & Operis, cui Margarita Poëtica nomen est, aucto-

Vu 2.

rens.



rem protulit, hunc tamen primum dedit Praefulem; Parentibus Ludouico de Eyb, Equite aurato, & Magdalena Adelmennin de Adelmansfelden, natus, anno M. CCCC. LV. in arce Arberg, cui Pater tum Praefectus erat; atque ibidem primis literarum rudimentis diligenter perceptis, Erfurdiam ablegatus, eruditionem ac laudem adeptus est non vulgarem. Inde Ticinum profectus, continuo septennio, in vno atque eodem domicilio, vt animi constantiam facile agnosceres, iuri Pontificio ita incubuit, vt Doctoratus consequeretur insignia. Reuersus in Germaniam, cum esset Bambergensis, Herbipolensis, & Eystettensis Ecclesiarum Canonicus; & è viuis excederet Reuerendus Pater & Dominus VVilhelmus Episcopus Aystettensis, in demortui locum anno M. CCCC. XCVI. Non. Decembr. capitulariter lectus, & à Ruperto Episcopo Ratisponensi, Comite Palatino Rheni, assistentibus vtriusque Ecclesiae Suffraganeis, alijsq; sua diocesis Abbatibus & Praelatis, consecratus est.

Ea in functione ita segefit, vt summis Pontificib. & Casaribus gratus, Episcopatu ornamento, & suis omnib<sup>9</sup> charus esset. Etenim pietate & religione sua Clerū in officio, & Ecclesias in dignitate pristina, quantum per temporum malignitatem & emergentes subinde haereses fieri poterat, retinere à contagione immunes studuit. Ecclesiastica autem iura, & subditos suos singulari industria semper, praecipue verò in Bauarico bello, quod diocesi Aystettensi vtrinque imminebat, eamq; in partes & perniciem suam rapturum videbatur; & postea in rusticis tumultibus summa prudentia tutatus est. Cumq; hostes haberet plurimos, quo tempore Sueuica confederatione nondum inita, perditii homines passim impune pacem publicam inturbantes, incendio & rapinis infesti, grassabantur; non minori vsus est animo & vigilantia, in iis persequendis, & suis in securitatem asserendis. Etsi verò saepius magnas in conuentibus



uentibus Imperij sequendis, & cohibendis Turcarum excursionsibus, alijsq; tam Italicis, quàm Germanicis bellis; nonnullas quoque in emendis, extruendis & reparandis hinc inde adibus faceret impensas, maluit tamen optimus Antistes parsimonia, quàm censu eam pecuniam conficere. Quod quoque effecit, ut, cum ter duntaxat Pontificatus sui tempore contributionem imperasset, & periculosa agricolarum seditione fermè solus Principum exactiõibus abstinuisset, magnam tamen & pecuniarum & frumenti vim, post mortem relinqueret.

Episcopos consecrauit Vitum Truchses de Pomersfelden Bambergensem. Henricum de Liechtenau, & Christophorum de Stadion Augustenses. Gasparem, & Fabianum Suffraganeos suos. VValpurga de Absperg Abbatissa ad S. VValpurgam, Aystadij solenni ritu iniuncta, benedixit.

Aetate iam ingrauescente, quanquam non modo à Principibus quibusdam, sed & ab ipso Casare atque Rege Rom. sollicitaretur, ut ex illustribus familijs, unde plures Episcopatum ambiebant, coadiutorem aliquem admitteret, nunquam tamen neque precibus, neque minis ed impelli potuit, quod ea res iuramento praestito aduersa, & Episcopatus exilior videbatur, quàm qui Ducis sumptuosi, quales plerumque sunt, imperium sine detrimento ferre diuturnum posset.

Senio tandem multisquè laboribus confectus, cum mortem praesentisceret suam, triduo ante quàm è viujs excederet, conuocatis ad se in arcem S. VWillibaldi Canonicis primarijs, administrationis suae rationem reddidit, eosq; ad concordem successoris electionem cohortatus est. Mox suppliciter veniam rogans, si cui grauior fortè fuisset, idem se quoque vicissim facturum adfirmans, postulauit, ut hoc extremum dilectionis suae testimonium passim è suggesto proponeretur, ipseq; Deo commendaretur. Abdicatis deinde omnibus huius mun-



di curis, soli Deo vacare, & mortem meditari cepit. Adfue-  
 runt tum prater Canonicos duos, Gasparem de Hirnhaym,  
 & Mauricium de Hutten à Capitulo eò destinatos, Chilianus  
 Leyb Cœnobiarcha Rebdorffensis, & Leonhardus Anger-  
 mayr eius Confessor, quos ad extremum vsque spiritum secum  
 esse voluit. Sanctissimi demum corporis Dominici, & un-  
 ctionis extrema Sacramentis munitus, cereum tricubitalem,  
 migrationis signum, manibus protendit, in hac iusti Simeonis  
 verba erumpens. Nunc dimittis seruum tuum Domine secun-  
 dum verbum tuum in pace, &c. eum q̄ ita ardentem pro sa-  
 cra Eucharistia reposito in sacello arcis poni iussit, qui po-  
 stea eodem ferè momento, quo presul extinctus est, & ipse ad-  
 imum absumptus defecit, quod Prior Rebdorffensis admira-  
 tione quadam obseruauit. Mortuus est ergo pridie Kalen. De-  
 cembr. anno Domini M. D. XXXV. Episcopatus sui XXXIX.  
 atatis verò LXXX. cum solus inter LI. Episcopos Aylster-  
 tenses S. Villibaldi annos XXXVI. quibus eidem Ecclesia  
 presuisse perhibetur, excessisset. Oculi eius nondum caligave-  
 rant, neque vnquam conspicillis usus, aut memoria in tanta  
 atate destitutus erat. Elatus luctu p̄blico in sepulchro, quod  
 adhuc viuens in choro inter sacrarium & altare summum si-  
 bilocauerat, conditus est.

Euulgauit Episcopus iste anno Domini M. D. XX.  
 Diploma; quo omnibus Diocesanis suis imperabat,  
 vt Bullã Leonis X. qua Lutheri doctrina & libri dam-  
 nabantur, reciperent, palam promulgarent, idq̄,  
 quod Bulla iubebat, sine cunctatione exequerentur.  
 Quod diploma Luthero & Lutheranis Rhapsodis, ita  
 placuit, vt in I. Fomum Germanicum Ienensem  
 Germanicum relatum fuerit; vt & eiusdem argumē-  
 ti aliud diploma Philippi Episcopi Frisingensis, anno  
 M. D. XXI. datum, idq̄; procurante clarissimo Theo-  
 logo



fo *sumulus a rusticis sub gabriolo*  
*Episcopo in ditino Eystetensi*  
*excitatos ita describit Hubertus Thomas*  
*Lepidus in sua Relatione de bello*  
*rusticorum. Dux Fridericus Palatini frater, etsi a suis*  
*mirum in modum diligeretur, non quietiores habuit subditos, propter*  
*excitos in Episcopatu Eystetensi motus, sollicitatamq; plebem suam.*  
*Ille autem cernens in celeritate plurimum esse momenti, ex tem-*  
*pore quotquot potuit, conscripsit equites, & peditum nonnullas co-*  
*hortes, quibus confideret, & tormenta campestria duenda com-*  
*mitteret, & in rusticos, qui magno numero in eodem Episcopatu con-*  
*gregati referebantur, movit, castraq; ex composito latiora, non*  
*procul ab ipsis rusticorum castris usq; oppidum Freistat metans,*  
*in sequentem diem configere statuit. Sed quia animadvertit*  
*è suis nonnullos conflictum propter paucitatem suorum, & ingentes*  
*rusticorum copias dissuadentes, tum etiam quia natura mitis &*  
*clementissimus princeps, omnia prius tentanda sibi, quam sanguinem*  
*effundere, sibi proposuit. Quare ad rusticos misit, qui dicerent: se*  
*iam eo animo & viribus adesse, ut ex eis vivum nullum evadere*  
*sinceret, nisi protinus ab armis discederent, & quisq; ad sua munia redi-*  
*ret. Quod si facerent, se sua humanitate eis paritulum. Illi ut*  
*haec audirent, colloquium petunt, & ad ipsum legatos mittunt*  
*qui quidem rusticos paratos ad obediendum, & ab armis discedendum*

*Renunciari*



renunciarent, ea tamen conditione, ne quod egissent, cuiquam  
fraudi foret, neue à suis dominis ad poenam uocarentur.  
Respondit Fridericus: se alterius factum promittere nolle,  
hoc tamen sancte polliceri, se omnem operam daturum,  
ut in gratiam recipiantur, & pro illis, ut offensa omnis  
condonaretur, intercessurum. Ad haec respondit lega-  
tio: Non audere se haec ad suos referre, quos pertinacis-  
simos esse cognoscerent, et nequaquam arma dimissuros,  
nisi de postulatis securi redderentur. Ad quae Frideri-  
cus: Abite igitur, & illis renunciate, crastinum diem de  
haec controversia iudicaturum; atque ita discesserunt. Ipe  
igitur frustratus Fridericus, decertare, & de fortuna peri-  
clitari constituit. Dehortantibus (ut dixi) plerisque, ob pau-  
citatem suorum aduersus tam ingentem multitudinem,  
qua ferebatur ad octo millia, cum ipse supra ducentos &  
quinquaginta equites, & paucos pedites in suo exercitu  
(si exercitus dici meretur, qui uix cohortem explebat) non  
haberet. Hos iubet secunda noctis uigilia paratos adesse,  
se, ut ante diei crepusculum hostes ex imperio aduiceretur.  
Interim dimittit nonnullos, qui quid agerent rustici,  
diligenter explorarent, quorum unus statim à media nocte  
rediit, qui Fridericum (ut decet bonum Imperatorem seu Du-  
cem) non dormientem, ut ceteri, sed animo uoluntatem, quo-  
modo sine suorum sanguine & incommodo hostes aduiceretur.

\* ceteros

Uffling



et profligaret, inuenit, & inquit: Illustrissime princeps, adsum bonus  
Angelus: Annuncio enim tibi omnes rusticos desertis castris, & impe-  
dimentis relictis, dispersos & fugientes abiisse: incredulus adhuc  
princeps, & irato animo, & inquit, proditor mentiris; sed non me  
decipies; prius enim de te extremum sumam supplicium. Ad ha-  
c ille; omnino, inquit, ut uolueris, modo scias, me nihil esse men-  
titum, qui quae dixi huic meis oculis uiderim. Laetus responso  
Princeps, diligentius de omnibus interrogat, quae postquam re-  
uulsiua intelligit, et superuenientibus alijs eadem renuncia-  
bus hominem collaudat, & Euangelium se datum spondet, me-  
suos omnes excitari iubet, remque omnem detegit, qui iam per-  
dito metu audaciores facti persequendos fugientes suadent,  
reptisq; armis & inspectis equis ingrediuntur iter; ut uero iux-  
ta arcem Mespinger, quam occupauerant rustici, per-  
uenerunt, inueniunt, ut renunciauerant exploratores.  
Rusticos omnes dispersos, & ad sua quemq; rediisse, armaq;  
deposuisse. Pergit nihilominus princeps ad oppida re-  
cipienda, quae a fide Episcopi defecerant, quae sine  
mora se se dediderunt, delictorum ueniam deprecantes,  
uerum nullam pollicitus princeps, tantum intercessorem  
se futurum, clementerq; respondit, omniaq; Episcopo re-  
stituit, cohortantibus plerisque, ut saltem uicina Nouoforo duo  
oppida Berlingam & Bergriesam retineret. Atq; ita repressi,  
& sedati sunt in Novico motus. Haec illi.  
Bona factura, quod Fridorij duo i ha



cupida non retinuit, quia forte uidebat, opera  
suam, quam Eystottensibus nauauerat,  
tanto premio non esse digna. Unde  
quia bonis futurorum aequo ac posthinc  
grauis prouidabat non post multos  
annos superiorum palatinatum ad  
orthodoxa fide ad Iulianum et Calixtum  
Synagoga deferreturum, ideo principis  
Frisanici mentem eo floruit et dixit  
ut Berchingham et Berengriesam, pa-  
latinatui non adiecerat, sed in potestate  
to S. Wilibaldi in successorum relinquenda.



logo Ioanne Eckio, cui promulgatio Pontificia Bulla iniuncta fuerat.

De eodem Gabriele Episcopo Eckius in Oratione fonebri. *Hoc mirandum occurrit in Reuerendissimi nostri Principis Episcopatu. Quod cum ipse quinquagesimus primus fuerit (ita numerat Eckius) in ordine Episcopus à sancto Villibaldo & nullus ante eum annos regiminis Villibaldi XXXVI. attigerit, adeo, ut sicut de Romano dicunt Pontifice; Non videbis annos Petri (scilicet 25.) sic Episcopo Eystettensi dicebant; non videbis annos Villibaldi. Et tamen noster Gabriel, licet in prouecta etate ad regimen assumptus, puta circa quinquagesimum etatis annum, tum viuacissimus ipse tribus ferme annis S. Villibaldū superauit. Hęc Eckius in Oratione, qua Gabrieli parentauit.*

Idem Gabriel, ut & plures alij Episcopi, Principes politici & Ciuitates, anno Domini M. D. XXXV. foedus ad nouennium inierunt cum Carolo V. Imp. & Ferdinando Romanorum Rege; cum enim vis & violentia improborum in Imperio quotidie inualesceret, consultum duxerunt, ut plurimum coitione se aduersus nefariorum machinationes communirent, scriptis etiam non paucis totius confederationis legibus, quas manuscriptas legi; nescio num typis excusae existent.

### LIII. Christophorus.

Huius electio, gubernatio & mors his verbis in Pontificali describuntur. *Reuerendus Pater & Dominus Christophorus ex Marschalckis in Bappenhaym S. Rom. Imp. ensiferis hereditariis, patre Villhelmo Equite Aurato, & Magdalena à Rechberg prognatus, cum à Patruo suo Gaspare Marschalcko Canonico Eystettensi, bene educatus à puero,*